Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.

Wien, 1799 Seite 299

Quelle:
Copyright:

teriorem; marginem vero extimum miniata Patrum nomina occupent, e quorum ſententiis Expoſitio coaluit. Praefaminis initium eſt: *Principia rerum requirenda ſunt prius, ut earum notitia plenior poſſit haberi.* Totum Opus exit: *Gratia id eſt purgatio peccatorum et alia dei munera ſit cum omnibus uobis amen.* Nulla in toto Codice *Lombardi* mentio, ne quidem in antiquiſſima Editione *ſ. l.* et *a. f.* ad cujus calcem ſolum legas: *Explicit gloſſa ordinaria ac magiſtralis ſuper epiſtolas beati pauli apoſtoli* &c. Adſcripſit tamen Exemplaris noſtri fronti Miniator: *Petri lombardi alias magiſter ſententiarum dicti gloſa ordinaria* &c. Vide tamen, ne cum *Walafridiana* confundas.

CXCVIII.

U. 290 Codex chartaceus lat. Sec. XIV. Folior. 260. f. per duas columnas nitide exaratus, rubricis decorus, et olim, ut Theca anterior loquitur, *ex teſtamento cuiusdam Presbiteri oblatus domui collegij ducalis per M. Paulum de Mellico theologie profeſſorem et decanum Eccleſie ſ. ſtephani Wienne* continet, quemadmodum e calce transfero, *Dicta petri Lambardi ſuper epiſtolas pauli.* In vetuſta Editione *ſ. l.* et *a. f.* inſcribuntur: *Gloſſa ordinaria;* in *Pariſina* vero 1547. 8. *Collectanea in omnes D. Pauli Epiſtolas.* Prologus incipit: *Principia rerum requirenda ſunt prius, vt earum noticia plenior poſſit haberi* &c. Commentarius vero in *Ep. ad Rom.* ita: *Paulus ſeruus — qui ſunt Rome, bucusque enim pendet litera vt perficiatur ſententia, et ſubintelligitur, mandat vel ſcribit.* &c. *Auguſtino, Hieronymo* et *Ambroſio* plurimum uſum fuiſſe liquet noſtrum. Ad calcem: *et alia dei munera ſint cum omnibus vobis. amen. Expliciunt* (ut ſupra) *ſub anno domini Milleſimo tricenteſimo ſeptuageſimo octauo ſequenti die poſt feſtum ſancti Michelis.*

CXCIX.

Codex chartaceus lat. Sec. XIV. R. 491 Folior. 182. f. per duas columnas nitide exaratus, rubricis diſtinctus et quondam *Benedicti* cujusdam *de Bnoſſa* continet idem Opus, ſed hoc rubro: *Incipit Gloſa ordinaria magiſtri ſententiarum Petri Lombardi ſuper Epiſtolas Pauli doctoris gencium.* Cetera, ut ſupra, et alias ſaepius hoc *Vol.* Verum in Expoſitione v. 17. c. 1. *ad Galatas* Codex deficit.

CC.

Codex chartaceus lat. Sec. XIV. R. 28 Folior. 203. f. per duas columnas currente calamo exaratus et minio diſtinctus, eſt, ut e calce praeoccupo, *Gloſſa ordinaria magiſtri petri Lombardi ſuper epiſtolas beati pauli Apoſtoli Reportata wienne per ſtephanum ſcolarem de chötzze* (Kitſee?) *Anno domini M° CCC° LXIX°. finita proxima ſexta feria poſt feſtum ſancti Michabelis Archangeli.* Pertingit vero ab

Epi-